

Christus dominus.

Cod. membr. ^{m. 4^o} ~~sec. XII.~~
monac.

cod. lat. 3909 (August.
eccl. 209).

fol. 240-248.

1. Petrus apostolus ex patre Iohanne cathedram episcopalem sedit in Antiochia annos 25 menses duos dies 8, ubi Linum et Cletum ordinavit episcopos, ut illi ministerio sacerdotali, ipse vero verbo et orationi vacaret. Passurus autem Clementi cathedram ecclesie commisit et crucifixus est a Nerone 38 anno post passionem Domini, sepultus in Vaticano, in templo Apollinis iuxta locum ubi crucifixus est.
2. Linus natione Tuscus sedit annos 11 menses 3 dies 12. Fuit temporibus Neronis maritimus coronatus. Hic ex precepto beati Petri constituit, ut mulier in ecclesiam vel latam introiret. Hi duo, id est Linus et Cletus temporibus beati Petri sederunt, unus post alterum chorepiscopatus officio fungentes.
3. Cletus natione Romanus ex patre Hemiliano sedit annos 12 mensem 1 dies 7. Fuit temporibus Vespasiani. Et hic sicut et Linus in Vaticano iuxta corpus beati Petri sepultus est. Hic 25 presbyteros ordinavit in urbe Roma ex precepto beati Petri apostoli.
4. Clemens natione Romanus sedit annos 9 menses 2 dies 10. Fuit temporibus Vespasiani et martyrio coronatus. Hic septem regiones divisit Romanę notariis ecclesie, qui gesta martyrum per suam quisque regionem sollicite perquirerent; et in regia sepultus est.
5. Anaclethus natione Atheniensis ex patre Antiocho sedit annos 12 menses 2 dies 10. Fuit temporibus Domitiani. Hic memoriam beati Petri construxit et composuit, dum presbyter factus fuisset a beato Petro, fenallia loca, ubi episcopi condiderunt sepulchras, ubi et ipse sepultus est iuxta corpus beati Petri.
6. Evaristus natione Irecus ex patre Iudeo sedit annos 13 menses 7 dies 5. Fuit temporibus Domitiani et Nerve et martyrio coronatus est, iuxta corpus beati Petri sepultus est. Hic titulos in urbe Roma divisit presbyteris et septem diaconos ordinavit, qui custodirent episcopum predicantem propter studium veritatis.
7. Alexander natione Romanus a patre Alexandro sedit annos 10 menses 12 dies 2. Fuit temporibus Traiani et martyrio coronatus, sepultus est via Numentaria, ubi decollatus est septimo ab urbe militario. Hic passionem Domini instituit in sacrificiis commemorandam, quando missę celebrantur et constituit aquam sparsionis cum sale benedicti in habitaculis hominum.
8. Sixtus primus natione Romanus sedit annos 10 menses 2 dies 21. Fuit temporibus ~~Adriani~~ ^{Adriani} et maritimi coronatus sepultus est iuxta corpus beati Petri. Hic constituit, ut ministeria sacra non tangerentur, nisi a ministris Deo sacris et ut decantaretur sanctus in missarum sollempniis.
9. Thelesphorus natione Irecus ex anachorota sedit annos 11 menses 3 dies 21. Fuit temporibus Antonii Marci et martyrio coronatus, iuxta corpus beati Petri sepultus est. Hic constituit, ut 4 ebdomadas ante pascha a clericis ieiunium fieret et in natali Domini noctu missa celebraretur, quam omni tempore ante horam terciam, qua Dominus ascendit crucem, nullus facere presumpserat, et ut ante sacrificium ymnus angelicus diceretur Gloria in excelsis Deo.
10. Eginus natione Irecus ex philosopho sedit annos 4 menses 3 dies 14. Fuit temporibus Severi et Marci et iuxta corpus beati Petri sepultus est. Hic clerum composuit et distribuit gradus.
11. Gaius ~~natione~~ ^{natus} de civitate Aquileia ex patre Rufino sedit annos 11 menses 3 dies 21. Fuit tempore Antonii ~~Pii~~ ^{Pii} et iuxta corpus beati Petri sepultus est. Sub huius episcopatu Hermas librum, qui dicitur pastoris, scripsit, in quo preceptum angeli continetur, ut pascha die dominico celebraretur. Hic constituit hereticum venientem ex Iudeorum heresi sciipi et baptizari.
12. Anicetus natione Syrus ex patre Iohanne sedit annos 8 menses 3 dies 3. Fuit tempore Severi et Marci et sepultus est in cimiterio Calisti. Hic constituit, ut clerici comam non nutrirent secundum preceptum apostoli.
13. Sother natione Campanus ex patre Concordio sedit annos 9 menses 3 dies 21. Fuit tempore Severi et sepultus est in cimiterio Calisti via Appia. Hic constituit, ut nullus monachus vel sacra Deo femina pallam sacramentum contingeret nec non incensum poneret in sancta ecclesia.